

Johann Quistorp Lucas Bacmeister

## **Disputatio Theologica de Scripturae Sacrae Perfectione**

Rostochi[i]: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739694545>

Druck Freier  Zugang



Vert.: L. L. F. Bacmeisterus

Joh. Quistorp / 6

R. U. theol. 1634.

[Rep.:] L. L. F. Bacmeister III.





DISPUTATIO THEOLOGICA  
de

56.

SCRIPTU-  
RÆ SACRÆ PER-  
FECTIONE,

*Quam*

ANNUENTE DEO,  
Præside,

DNO. JOHANNE QVISTOR-  
PIO SS. THEOLOGIÆ DOCTORE,  
Professore, ejusdemque Facultatis  
Seniore,

*Ad publicum examen producit.*

M. LUCAS L. F. BACMEISTERUS  
Rostoch.

*Habebitur in auditorio majori horis matutinis  
die 10. Decembr.*

---

ROSTOCHI,  
Literis JOACHIMI PEDANI Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XXXIV.

1634





קונטרס תורה

## THESIS I.

**N**on controversias, quæ nobiscum Pontificiis intercedunt de Scripturâ sacrâ, non minima est de ejusdem perfectione & sufficientiâ; Hanc enim imperfectionis illi arguunt, nec normam ac regulam fidei esse posse contendunt, neq; omnia ad fidem & vitam Christianam scitu necessaria comprehendere, sed traditiones non scriptas pari pietatis affectu & reverentiâ cum Scripturis sacris suscipiendas esse docent. Concil. Trident. Sess. 4. Decret. 1.

2. Imo si dicendum quod res est. Plus illos verbo non scripto & Traditionibus, quas vocant Pontificum & Ecclesiæ Romanæ, quàm Scripturis ab ipso Spiritu sancto Prophetis, Evangelistis, & Apostolis inspiratis, tribuere, nullo negotio demonstrari potest.

3. Ita enim non postrema notæ scriptor Pontificius scribere non erubescit: Traditiones plus virium habent adversus hæreticos, quàm Scriptura. Pighius, citante Dn. D. Chemn. part. 1. Exam. Concil. Trident. p. 6. dicit, Apostolos quædam conscripsisse, non ut scripta illa præessent fidei & religioni nostræ, sed ut subessent potius. Et tandem concludit: Ecclesiæ autoritatem non solum non inferiorem, non solum parem, imò quodammodo & superiorem & notioram esse autoritate Scripturæ; Siquidem Ecclesia præcipuis scripturis Canonicam impartita est autoritatem, quam nec ex se, nec ex autoribus suis habebant.

A 2

Idem

*Idem cap. 4. ait: In re dubiâ, aut quacunque exercitatâ controversiâ, ad fidem certitudinemque faciendam, magis idoneam & efficaciorẽ esse Ecclesiasticæ Traditionis autoritatem, quàm ipsas Scripturas; quia clarior, magis aperta, & planè inflexibilis sit Traditio: cum contrâ Scripturæ plurimùm frequenter obscuritatis habeant, & se trahi, accommodarique in diversam, eamque quam quis secum antè præsumsit, sententiam, & eludi cautâ expositione facile permittant. Proinde & Scripturarum certam & inflexibilem amissimam esse Ecclesiasticæ Traditionis communem sententiam.*

*4. Causam, cur Scriptura non possit esse unica norma & regula, ex quâ omnia ad fidem & mores bonos spectantia haurienda, non unam, sed geminam ponunt: partim, quia sit insufficiens, nec completens omnia, quæ ad fidem, & vitæ pietatem necessaria sunt, & sufficiunt: partim, quia in illis, quæ completitur, sit obscura & ambigua, tanquam cereus nasus, aut quasi plumbea Lesbia adificationis regula.*

*5. Unde illam materiam litis, non vocem iudicis, præceptorum mutum, literam mortuam, imò occidentem, Evangelium nigrum, Theologiam atramentariam vocitare non erubescunt.*

*6. Pontificii propriâ conscientiâ & vi veritatis consciiti, concedunt quidem, modò candor adsit, verbum Dei esse fundamentum & regulam fidei, omnemque doctrinæ rationem, quæ fidelibus tradenda sit, in eo contineri.*

*7. Sic enim Sonnius c. 3. Demonstr. religionis Christi, scribit: Verbo Dei, & soli verbo Dei adhibendam esse fidem; & illam, qui habent, Christi fideles appellantur. Sic Bellarm. lib. 1. de V. D. c. 2. Unanimis, inquit, Scholæ Pontificiæ sententia est, Scripturam sacram esse Catholicæ fidei regulam & certissimam & notissimam, quamvis idem*  
*lib.*

lib. 4. de V. D. c. 12. ut se explicet, ajat, scripturam fidei regulam non totalem, sed partialem esse.

8. Quam quidem Pontificiorum Confessionem propriam am-  
babus manibus apprehenderemus, si fucus & fraus abesset, nec an-  
guis in herbâ lateret.

9. Verbis enim operosè quidem attestantur, maximi se scriptu-  
ram sacram facere; at reipsâ & toto conatu id agunt unice, ut di-  
vinam Scripturæ sacræ auctoritatem & certitudinem elevent, atq;  
suspectam reddant.

10. Similes planè Pharisæis, qui nec ipsi verbo scripto conten-  
ti, extra verbum Traditiones querebant, Matth. 15. v. 3.

11. Cum ergò tanto conatu id agant Pontificii, ut traditiones non  
ser. pras defendant, & Scripturæ divinitus inspiratæ assuant, si qui-  
dem hoc fundamento posito, nullum dogma, nullus ritus, nulla ce-  
remônia, tam impia, & à Scripturis aliena, quin sub titulo Traditio-  
nis non possit latitare: non inutile erit hac  $\omega\lambda\gamma\theta\sigma\delta$  scholasticâ  
paucis nobile hoc thema Theologicum evolvere, & brevem de Per-  
fectione & Sufficienciâ Scripturæ  $\Delta\gamma\omicron\upsilon\epsilon\psi\omega$  instituere.

12. In quâ ordine per tractandâ nulla nobis commodior via vide-  
tur, quàm si 1. legitimum Questionis statum formaverimus, 2.  
 $\kappa\alpha\tau\alpha\omicron\upsilon\delta\alpha\sigma\tau\iota\omega\varsigma$  nostram sententiam verbo Dei conformem ex-  
posuerimus, & 3.  $\alpha\nu\alpha\omicron\upsilon\delta\alpha\sigma\tau\iota\omega\varsigma$  Pontificiorum falsam opinio-  
nem subjecerimus.

### I. STATUS QVÆSTIONIS.

13. Ne statim in primo limine à questionis legitimo statu ab-  
erremus; removenda videntur ab illo aliena, ut sic ad id quod in  
questione est, perveniamus.

14. Non ergò queritur inter nos, & dissentientes Romanistas,  
ita statum Dn. Horneo formante: An librorum sacrorum Ca-  
non in Scripturâ contineatur? (sive major: An Canon sacræ  
Scripturæ per Ecclesiæ testimonium & traditionem suo modo no-



bis innorescat?) nec, An omnes ritus & instituta Ecclesie, quæ  
proprie fidei articuli non sunt, in eâ reperiantur? non item, An  
nullus articulus traditione pariter ac scripturis ad nos propaga-  
tus sit; aut, num omnes articuli fidei καὶ τὸ ῥητὴν, & verbotenus in  
scripturis extant, aut deniq; ad intelligentiam Scripturæ, exposi-  
tionibus Veterum opus non sit. Hæc omnia extra controversiam  
posita esse utrò concedimus.

15. Non negamus, ritus aliquos & consuetudines, ordinis &  
decori causâ Apostolos sanxisse, non autem scripsisse, cum perpe-  
tui futuri non essent, sed ad honestam certi temporis & locorum  
παιδείαν, Ecclesie spectarent. Omnia enim ut εὐχρημόνως καὶ κα-  
ταξίῃ fiant in Ecclesia, Paulus monet. 1. Corinth. 14. 40. cap. 11. 34.

16. Licet quoq; non omnia scitu ad salutem necessaria καὶ τὸ ῥη-  
τὸν καὶ ἀγράφετον Scriptura contineat; sufficit tamen, quòd illa re-  
ctè inde possint deduci & colligi. Perinde enim sunt, inquit Na-  
xianzenus lib. 5. de Theologia, ea, quæ ex Scripturis colli-  
guntur, atque ea quæ scribuntur. Que regula exem-  
plo Christi & Apostolorum comprobatur Matth. 22. 32. & 45. 1.  
Corinth. 9. 9. Heb. 1. & 7.

17. Proinde rectè monet Hieronymus in cap. 1. ad Galat. In  
verbis, inquit, Scripturarum non est Evangelium, sed  
in sensu; non in superficie, sed in medullâ; non in ser-  
monum foliis, sed in radice rationis. Et axioma Naxian-  
zeni notum est: Τὰ μὲν ὀρα δὲ, λέγεται δὲ; τὰ δὲ ὄντα, ἔλεγεται.  
τὰ δὲ ἔπε ἔστιν, ἔπε λέγεται τὰ δὲ ἄμφο, καὶ ἔστι, καὶ λέγεται.

18. In hoc itaq; proprie cardo vertitur, & hic est legitimus  
questionis status, An in solâ unica scripturâ contineantur  
omnia dogmata ad fidem & salutem necessaria ita ut  
Traditionibus non scriptis planè non indigeamus.

19. Et hoc est quod acriter negant Pontificij, nos autem af-  
firmamus. Ita enim Bellarm. lib. 4. de V. D. c. 3. statum hunc  
proponit

proponit: Nos asserimus, in Scripturis non contineri  
expresse totam doctrinam necessariam, sive de fide, si-  
ve de moribus, & proinde præter verbum DEI Scri-  
ptum requiri etiam verbum Dei non scriptum, id est,  
divinas & Apostolicas Traditiones. At ipsi (nos in-  
telligit) docent, in Scripturis omnia contineri ad fi-  
dem & mores necessaria, & proinde non opus esse ullo  
verbo non scripto seu ἀνεκφω.

20. Ubi notamus, fide minimè Theologicà Bellarminum no-  
biscum agere. Nam (1.) cum ille d. l. vocabulum illud expresse  
ita in Pontificiorum mente explicandum addit, cur illud in expo-  
nendâ nostrâ sententiâ omittat? Nulla ergò inest in illis ἀντιφα-  
σις, aut in affirmatione quoq; necessario supplendum est Adver-  
bium expresse, quod in negatione habetur; & sic falsum erit,  
ita nostros docere. (2.) Non tale quidpiam innuunt sententiæ no-  
strorum, quos allegat Bellarminus l. c. Nullus enim illorum dicit,  
omnia ad salutem necessaria expresse in Scripturâ contineri, nec  
unus apex est in verbis Lutheri, Brentii, Chemnitii à Bellarmi-  
no allegatis, unde id exculpi possit.

## II. ΚΑΤΑΣΚΕΤΗ.

21. Et hætenus fuit controversiæ status, ad δίκασιν ipsam  
pergentes, nostræ sententiæ ὑπερασπίζοντες ita probamus.

22. Quamcumq; Scripturam 1. ipse Spiritus S. 2. Patres, 3. Ad-  
versarij ipsi, licet inviti, prædicant perfectam, illa non potest ar-  
gui imperfectionis,

Atqui Scripturam S. 1. Sp. Sanctus ipse, 2. Patres, 3.  
Adversarij prædicant perfectam, E.

23. Propositio adeo firma est, ut non sine veritatis damno ne-  
gari, non sine scripturæ jactura infirmari, adeo perspicua, ut à  
nemine repudiari possit. Assumptionis membra ordine sic proba-

24. 1. Spi

24. 1. Spiritum S. tanquam Scripturæ S. causam efficientem & authorem, Scripturam prædicare perfectam, patet 1. quia eam nominat perfectam, 2. quia ei nihil addendum vel detrahendum, 3. quia anathema est, si quis præter eam doctrinam aliud quid profert, 4. quia potest hominem ☉ Plor. ad salutem, 5. quia facit, ut credentes habeant vitam æternam.

25. Spiritum S. Scripturæ autorem ideo suis amanuensibus Prophetis & Apostolis dictasse, quæ ipsi in Sacras literas rerulerunt, ut illæ nos ad salutem erudirent: omniaque illa quæ ad eam consequendam faciunt, proponerent, nemo est qui dubitare possit.

26. Aperta scripturæ dicta id testantur (1.) Primo Ps. 19. 8. הוֹרֵת יְהוָה תְּמִימָה Lex Domini est perfecta, convertens animas: Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

27. Unde ita colligimus. Si הוֹרָה in suo genere perfectum & integrum fuit, & sapientes beatosque efficiebat eos, qui doctrinam illam meditabantur, multo magis hodie postquam Novum T. tanquam Veteris impletio accessit, Scripturam perfectam habebimus; At verum prius, E. & posterius.

28. Dico in suo genere perfectum fuisse V. T. alia enim est V. alia N. Instrumenti, alia utriusque ratio. Alia infantiam, alia virilem ætatem decent 1. Cor. 13. 10. Gal. 4. 1. Ideo nunc sanè major doctrinæ lux est, quam olim: nec V. Instrumenti libri sufficerent ad hominis Christiani perfectionem hoc tempore. At tamen quantum anterioribus temporibus cognitu fuit necessarium, abundè satis in scriptis Mosaicis & Prophetarum continebatur.

29. (2.) Secundum argumentum pro perfectione Sacræ S. petimus à mandatis prohibitorijs, quibus additiones & detractiones à Deo severissime prohibentur. Deut. 4. 2. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. v. 12. 23. Quod

Quod præcipio tibi, hoc facito, nec addas quicquam,  
nec minuas ex eo. Conf. Prov. 30. 6. Apoc. 22. 18.

30. Ex quibus testimoniis tale nectimus argumentum,  
Quod nec Additionem, nec diminutionem admittit, illud in se est  
perfectum,

Pentateuchus nec additionem, nec diminutionem admittit, E.  
Ulterius: Si Pentateuchus continet plenam & perfectam:  
doctrinam, utiq; libros V. & N. Test. conjunctim sumtos perfe-  
ctam doctrinam continere necessum est, sed verum prius E. &  
posterius.

31. Assumptum licet corroboretur expressis Sacrae S. verbis,  
Non addetis ad verbum hoc, neq; auferetis ex eo, Pon-  
tificii tamen more suo illis non acquiescunt, sed novum Scripturae  
sensum affingunt; Dicendo, Non agi in locis citatis de verbo Dei  
ἡ ἀλάφω scripto, sed ἀλάφω seu tradito viva voce: tum  
enim temporis cum Moses hæc dixisset, nondum existisse  
Scripturas.

32. Sed facilis est responsio. Quomodo enim probabunt a-  
liud Mosen viva voce præcepisse, aliud scripsisse? ἡ ἀλάφω  
sunt quæ hanc rem in scripturis S. scribere & præcipere, & Moses  
mox præcipiendi, mox scribendi verbum adhibet, & planè idem  
est verbum præcepti & scripti, juxta illud Exod. 24. 3. Venit  
ergò Moses וַיִּסַּפֵּר & narravit populo omnia verba Do-  
mini, omniaq; judicia; & respondit populus voce u-  
nâ; Omnia verba quæ locutus est Dominus, faciemus.  
Et immediatè sequitur v. 4. וַיִּכְתֹּב & Scripsit Moses omnia  
verba Domini. Ubi illa quæ dixisse Moses perhibetur, post  
scripsisse asseritur. Quid? quod Dominus ipse jussit Mosen scri-  
bere præcepta, secundum quæ fædus pepigerat cum Mose & Isra-  
elitis. Sic Exod. 34. 27. Et dixit Jehovah ad Mosen  
וְכָתַבְתָּ לְךָ כְּתָבִים scribe hæc verba. Quare de verbo ἀλάφω verba  
illa accipi non possunt.

B

Imò

33. Imò si de Lege non scripta illa loca essent accipienda, non toriens Spiritus S. reperisset, ut in scripta Dei Lege die noctesq̄ versaremur, nec illa ab ore nostro discederet? Deut. 28. 58. Hæc mala tibi evenient, nisi custodieris, & feceris omnia, verba legis hujus, כִּי־יִשְׁרָאֵל quæ scripta sunt in hoc volumine. c. 27. 27. Maledictus qui non permanet כִּי־יִשְׁרָאֵל in sermonibus legis hujus: Quem locum de scripta Lege Paulus Gal. 3. v. 10. interpretatur. Conf. Deut. 17. 18. seqq. Sic Josua jubetur facere ea, quæ Dominus præceperat. Præcepta autem illa esse scripta, patet ex cap. 1. 7. cap. 23. 5. Jos.

34. Nulla itaq̄ est sequela: Moses non dixit, quod scripsit, sed quod præcepit, E. verbum hoc non fuit literis mandatum, sed viva voce tantum traditum. Invertimus: Si Moses id quod præcepit, post literis consignavit, idem est quod præcepit, & quod literis consignavit. Proinde vox Legis in Mose de scripta Lege est accipienda.

35. Quæ præterea ad allegata dicta elidenda adferunt Papicula, utpote dicta illa non de præceptorum divinorum perfectione, sed eorundem accurata & perfecta observatione loqui, nec præcepta illa omnem, sed solam Ceremonialem ac Judicialem Legem concernere, nec obligare Christianos, sed solos Judæos, illa ab aliis discussa sunt, quò benevolum Lectorem remitto.

36. Quod si Pontificius quis cum Augustino de Ancona de Potestate Eccles. quæst. 6. art. 1. affirmare non erubescat, unam sententiam esse, & unam curiam Dei & Papæ. Proindeq̄ ipsi id licere, quod Apostolis & Prophetis ex suggestione Dei licuit, hos vero multa addidisse, suggerente id illis Spiritu sancto. E. & Papæ licere, multa sive quædam addere.

37. R. Ne de blasphemia quid dicam: I. Nulla est consequentia, sed maxima dissimilitudo in exemplis. Prophetæ enim & Apostoli expressum habuerunt mandatum divinum, nec auctoritate  
pro. iâ

propria, sed divinâ scripserunt, nec in eo quæ ad Legem addiderunt. Quod de Papâ nemo affirmare audeat. II. Addere aliquid, duo significat: 1. addere aliquid, quod prius non erat scriptum, 2. clarius explicare, quod prius scriptum erat. Hoc licet homini Christiano, nisi interpretatio & explicatio ejus textui sit contraria, illud non.

38. III. Argumentum pro Scripturæ sufficientiâ petitur ex Paulo Galat. 1. 8. cum inquit: Etiam si nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. v. 9. Si quis vobis evangelizaverit, præter id quod accepistis, anathema sit.

39. Ex quibus nostram sententiam ita stabilimus. Si anathema est, quicquid est præter Evangelium, etiam anathema erit, quicquid est præter scriptum Evangelium, Sed anathema est quicquid est præter Evangelium Pauli. E. anathema est quicquid est præter scriptum Evangelium; & consequenter rei sunt hujus anathematismi, qui évαγγελιζόντες præter illud quod scriptum est, & sic Papistica Traditiones non solum præter, sed contra scripturas, omnes ex Pauli sententia, sunt anathemata.

40. Majoris connexio est firma, & probatur testimonio Irenæi lib. 3. c. 1. Non per alios, inquit, dispensationem salutis nostræ cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos, quod quidem tunc præconiaverunt, postea verò per Dei voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ futurum. Quæ verba Irenæi in Scripturâ sacrâ maxime fundata sunt Joh. 20. 31. Hæc scripta sunt, ut credatis, 1. Joh. 1. 34. quod vidimus & audivimus, hoc annunciamus & scribimus vobis. E. quod Apostoli audiverunt à Christo, & annuntiârunt Ecclesiis, (omnia autem ad salutem necessaria annuntiârunt) id & scripserunt; & per consequens, quod

est præter Evangelium Pauli, est etiam præter Scripturas, quia quod Paulus vivâ voce annunciavit, id ipsum, quoad substantians dogmatum, literis consignavit.

41. Excipiunt hic Papicole, dicentes, Apostolum hoc loco non de solo verbo scripto, sed de omni verbo, sive scripto, sive vivâ voce tradito loqui, cū non dicat, præter id quod scripsimus, sed præter id quod evangelizavimus. Et t̄ præter idem esse, quod contra, ac proinde non prohiberi nova dogmata, modo non sint Scripturæ cōtraria.

42. Sed R. petere illos principium. Quomodo enim Pontifici illud probabunt, Apostolos quædam doctrinæ capita scitu ad salutem necessaria, literis duntaxat consignasse, reliqua verò vivâ voce Ecclesie propaganda commisisse?

43. Nihil ergo præter Scripturas Propheticas & Apostolicas, tanquam ad salutem necessarium prædicandum aut docendum. Unde August. lib. 3. cont. literas Petilianæ c. 6. scribit: Si quis sive de Christo, sive de Ecclesiâ, sive de aliâ quacunque, quæ pertinet ad fidem vitamque nostram, non dicam, si nos, sed, quod Paulus adjecit, si angelus de cœlo vobis annunciaverit, præterquam quod Scriptis Legalibus & Evangelicis accepistis, anathema sit. Basilus in summa Moral. defin. 72. inquit: Oporteret auditores, qui sunt periti Scripturarum, examinare ea, quæ traduntur à Magistris, & quæ τὸ μὲν ἄνω καὶ τὸ κάτω sunt, recipere, ἀδόξετ'α verò rejicere. Jam verò omnes Traditiones, de quibus controvertitur, sunt ἀδόξετ'α, sunt præter id quod scriptum est. E. omnes Traditiones Papisticæ anathemate damnandæ.

44. Illud τ̄ ἄνω, Præter & Contra significat. Nos ita concludimus, si est aliquid de fide, præter id, quod sanctis Prophetis & Apostolis revelatum est, tum alterutrum sequeremur, Apostolos aut non omnia scripsisse, aut non omnia scitu necessaria.

via omnibus tradidisse. Quocumq; ergò elabantur, Christum repre-  
hendunt, quasi aut minus instructos Apostolos, aut parùm fideles  
miserit, quod absurdum. Nobis curiositate opus non est, post Christum  
Jesum, nec inquisitione, vel additione, post Evangelium ab  
Apostolis prædicatum. Nihil desideramus ultra credere. Hoc enim  
prius credimus, non esse, quod ultrà credere debeamus. Imò ipse  
Bellarminus quodam in loco agnoscit, nihil esse de fide, nisi quod  
per Prophetas & Apostolos revelatum est, aut inde evidentè de-  
ducitur.

45. Nec aliter locum hunc exponunt Patres, Chrysostomus,  
Oecumenius, Theophylactus. Sic enim in hunc locum scribit Chry-  
sostomus: Non dixit Apostolus, Si contraria annuncia-  
verint, aut totum Evangelium subverterint, verùm, si  
vel paulum, (hoc est, si minutum, exiguum vel minu-  
tissimum aliquod) evangelizaverint, præter illud Ev-  
angelium quod accepistis, etiam si quid vis labefactave-  
rint, anathema sint. Sic Theophylactus ait: Apostolum di-  
cere non contrarium, sed præter. Prolixè de his legi potest  
Excell. Dn. D. Gerhard. præceptor meus venerandus in Exeg. p.  
396. Witak. tract. de Script. S. p. 716. & seqq.

46. IV. Quarto loco pro nobis facit celebre illud dictum Pauli  
2. Tim. 3. 15. 16. 17. ubi is Timotheum suum ita alloquitur: Per-  
mane in his, quæ didicisti; & quia ab infantiâ sacras li-  
teras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fi-  
dem, quæ est in Christo Jesu, &c.

47. Hinc ita colligimus Illa Scriptura est sufficiens & perfe-  
cta, quæ nos potest σοφιστῶν sapientes reddere ad salutem, quæq;  
utilis est τοῖς διδασκαλίαις, τοῖς ἐλεγχον, τοῖς ἐπιτιμώσασιν,  
τοῖς ἠσθεταῖς, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum per-  
fectè instructus. Talis est Scriptura S. E. quog; erit perfecta &  
sufficiens, Et per consequens continet omnem doctrinam de fide &



moribus, ut ad Traditiones nobis minimè recurrendum. Major adeò firma & manifesta est, ut probatione nullà indigeat. Minor ipsius Pauli est.

48. Variæ hæc exceptiones Pontificiorum sunt : 1. dicunt, Apostolum loqui de V. non de N. Testamento, quia tum temporis, quo Timotheus infans esset, Scriptura N. Testamenti nondum existit. 2. Non posse nos perfectionem toti<sup>9</sup> Scripturæ inde evincere, quia non dicit Apostolus, tota Scriptura est utilis, sed omnis Scriptura. E. non toti scripturæ, sed omni, id est, singulis ejus libris hanc laudem Apostolus tribuit.

49. Sed ad 1. instantiam dico ipsos ὡς τὸ ἐν δεξιῇ λαμβάνουσιν. Unde enim hoc ipsum probabunt, eo tempore, quo posterior ad Timotheum ab Apostolo scripta, nullam N. T. Scripturam existisse? Ambrosius & Thomas in h. l. annotant, primo comitate de Scripturis, præcipuè V. T. verbis autem posterioribus, non tantum de Scripturis V. sed & N. T. que cum hæc scriberentur, extabant, Apostolo sermonem esse. Idq̄ hinc colligunt : Quod versibus duobus subsequentibus de omni Scriptura sacra sermonem habet, diserto scribens: πᾶσα θεοῦ ἡ ὅλη ἡ ὅλη Scriptura.

50. Ad 2. instantiam respondeo : Potentior est veritatis lux, quam ut hæc nubecula obscurari possit. Nemo enim adeo erit rudis Græcarum literarum, qui non videat instantiæ istius nullitatem. Vox enim illa πᾶς non raro in Scriptura S. usurpatur pro ὅλη ut Col. 2. 9. in ipso inhabitat πᾶν ὡς ἡ ἐκείνη θεότης omnis plenitudo divinitatis †, tota, 2. Thess. 1. 11. ut compleat πᾶσιν εὐδοκίαν pro tota. Sic sæpè in scripturis legitur omnis Israël, pro totus Israël, Conf. Rom. 4. 16. Eph. 4. 16. Act. 20. 27. Matth. 3. 5. πᾶσα ἡ Ἰσραὴλ †, universa Judea. Sic omnis aqua, est aqua, & tota aqua, est aqua : Ita etiam omnis & tota scriptura est θεόπνευστος.

51. Nec aliter hunc locum exponendum esse, firman<sup>t</sup> τὸ ἀποστόλου  
μεγα

μυνα, & τὰ ἐπόμενα. Quae enim praecedere in textu Apostolico, ea inferre interpretationi nostrae firmanda, inde patet, quia Apostolus πᾶσαν Ἐκκλησίαν & τὰ ἑσθλὰ ἑκάμμετο pro uno & eodem habet. Ex illis quae sequantur, idem quoque patescit. Sermo quippe est Apostolo de πᾶσι Ἐκκλησίαις, quae ita utilis est ad docendum, arguendum, corrigendum, castigandum, ut homo DEI sit ἅπαντες πρὸς τὴν ἑξουσίαν ἀγαθὴν ἐξηγησόμενοι. Quod elogium uni alicui Scripturae particulae minime competit.

52. Quae praeterea hic objicere solent Papicolae, nos scilicet confundere utilitatem Scripturae cum ejusdem sufficientia, & Apostolum loqui non de sufficientia, sed de utilitate, & quae sunt hujus generis alia, illa in fenum redacta videri possunt apud Dn. D. Himmel. praecipuorem honorandum Disp. 3. Anti Becan. quo benevolunt lectorem remittimus.

53. V. Argumentum nostrum quintum ab effectu seu fine desumptum, nobis suppeditant Evangelista Johannes & gentium Doctor Apostolus Paulus. Ita enim ait Joh. c. 20. 31. Haec scripta sunt ut credatis, ὅτι ὁ υἱὸς ἐστὶν ὁ Θεοῦ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, & ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Sic Paulus Rom. 1. 16. Ἐυαγγέλιον τοῦ Θεοῦ δύναμις θεῶν ἐστὶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Conf. c. 13. 4.

54. Ex quibus ita argumentor :

Per quam Scripturam possumus credere in Christum, & vitam aeternam consequi, illa est perfecta.

Per Sacram S. possumus haec assequi, E. & perfecta.

Major est manifesta: Minor ipsorum Apostolorum, quae negari non potest. Ridiculum proinde est Bellarmini effatum; Johannes, inquit, non nisi de rebus à se scriptis loquitur, E. ille sola sufficiunt, & reliquae sunt supervacaneae.

55. Sed laborat Bellarm. ἐλέγχομαι ὅτι τὸ ἐπιμένον. Non enim quod sufficienter ab uno expositum est, absolute loquendo, statim est superfluum, si idem alius exponat. Necessarium enim

est

est vel ad melius esse, ut vocant, quod absolute necessarium non erar, vel ex abundantia additur aliquid ad id quod sufficere alias poterat. Sic cum unam eandem historiam inculcant tres, non nunquam etiam omnes quatuor Evangelistae, eodemque plane modo, isdem saepe verbis describunt, ecquis diceret, superfluum quicquam esse?

56. Cum itaque Sp. S. unam doctrinam pluribus in locis toties inculcat, repetat & illustret, nostrae caritatis, & certitudinis majoris rationem habuit. Ideo etiam Paulus Philip. 3. 1. ait: Τα αὐτὰ ἑκάθεν ἐμὴ ἐμοὶ μὲν ἐκ ὀνησθῶν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Et V. T. doctrina erat perfecta & Judaeis sufficiens, & tamen additi sunt libri N. T.

57. Nec de solis Christi miraculis locum Johannis citatum intelligendum esse, ut Pontificii somniant, sed de toto Johannis Evangelio, ex ipso vextu manifestum evadit; siquidem aperte legitur: Ea scripta esse, per quae fides in Christum gigni, & vita aeterna acquiri possit: id quod sola miracula prestare nequeunt. Miracula enim proprie fidem in nobis non gignunt, sed genitam potius confirmant, & suffulciunt, & miracula doctrinae inserviunt, fidemque faciunt.

58. Haec Scripturae sacrae perfectionem ex ipsa Scriptura sacra satis superque demonstravimus, ex quibus sententiae nostrae veritas abunde perspicitur. Quum autem Pontificii Scripturam non contenti, suo more ad Patrum quoque consensum confugiant; placeat & Patrum sententias, ex multis paucas, quibus eandem nobiscum veritatem astruunt, subicere.

59. Damascenus de Orth. Fid. lib. 1. c. 1. Cuncta, ait, quae tradita sunt, & per legem, & per Prophetas, & Apostolos, & Evangelistas, suscipimus, cognoscimus, veneramur, nihil ultra perquirentes. Athanas. cont. Idola mox in Exordio: Sufficiunt quidem per se tum sacrae & divinitus in-

tus inspiratæ Scripturæ ad veritatis indicationem. *Chryf.*  
*2. Cor. 7. Hom. 13.* Habemus omnium exactissimam truti-  
nam, & gnomonem ac regulam divinarum, inquam, le-  
gum assertionem. Ideo obsecro & oro omnes vos, ut re-  
linquatis, quidnam huic vel illi videatur, deq; his à Scri-  
pturis hæc omnia inquirete, *Basil, Mag. in lib. de Confess.*  
*Πανεργὲ ἐκ πίστεως πίστεως καὶ ὑπερῆ Παύλος κατὰ γράμματα. ἢ ἀδελφεὶ τῶν  
τῶν γελαμμένων ἢ ἐπεισὶ γεν τῶν μὴ γελαμμένων. August. rom.*  
*6. de util. cred. c. 6.* Quicquid est, mihi crede, in Scripturis  
illis, altum & divinum est, inest omninò veritas in refi-  
ciendis instaurandisq; animis, accommodatissima di-  
sciplina, & planè ita modificata, ut nemo inde haurire  
non possit, quod sibi satis est, si modò ad hauriendum  
devotè ac piè, ut vera religio poscit, accedat. *Idem de C.*  
*D. l. n. c. 2.* Hic prius per Prophetas, deinde per seipsum,  
postea per Apostolos, quantum satis esse judicavit, lo-  
cutus, etiam Scripturam condidit, quæ Canonica no-  
minatur, eminentissimæ autoritatis, cui fidem habemus  
de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nos  
ipfos nosse, idonei sumus. Plura Patrum testimonia, quæ sen-  
tentiam nostram probant, si quis expetit, adeat *Excell. Dn. D.*  
*Gerhard. rom. 1. L. C. tr. de Scr. S. § 53. Eiusdem Exeges. § 375.*  
*Dn. Horn. tr. de sac. Scr. p. 539 -- 633. Witak. l. c. pag. 771.* Nos  
hijce contenti sumus, ita ex illis colligentes.

60. 1. Si Apostoli idem literis consignarunt, quod vivâ voce  
tradiderunt; 2. Si Scriptura sacra est columna & fundamentum  
fidei nostræ; 3. Si est Canonica, cui fides danda istis in rebus, quas  
ignorari non expedit; 4. Si Scripta in Scripturis sunt, quæ sa-  
luti credentium sufficiunt, utiq; perfectæ & sufficiens erit Scriptu-  
ra sacra, nec opus est traditionibus seu verbo non scripto. At prius  
Patres allegati testantur; Quid ergò fidei merentur traditiones,  
quæ nullo testimonio probari possunt?

C Suu

61. III. Superest ut tertium Syllogismi nostri membrum ex  
 ipsorummet Pontificiorum testimonio petitum adducamus. Hæc  
 enim veritatis irrefragabilis demonstratio est, cum quis  
 inimicos in testimonium adducit, dicente Chrysoft. Hom. 82  
 in Johannem. Sic ergo Lombard. 3. sent. dist. 3. q. 1. art. 1. ex Hiero-  
 nymo: Non mihi credas, si quid tibi dixerero, quod ex V.  
 & N. Testamento non possit haberi. Idem par. 3. in suppl.  
 q. 6. art. 6. Quia Ecclesia fundatur in Fide & Sacramen-  
 tis, ideò ad ministros Ecclesiæ novos articulos fidei  
 edere, aut editos remove, non pertinet: sed hoc est  
 potestatis & excellentiæ, quæ soli debetur Christo, qui  
 est Ecclesiæ fundamentum. Scotus in præf. Lomb. Patet  
 quod Scriptura sufficienter continet doctrinam neces-  
 sariam viatori. Alph. Tostatus Defens. p. 2. c. 53. Fundamenta  
 necessaria ad salutem, tam in fide, quàm in opere, omnia  
 posita sunt per Christum & Apostolos ejus, in scriptis,  
 quæ reliquerunt. Joan. Driedo lib. 1. cat. c. 1. Scriptura vo-  
 catur instrumentum, quia instruit hominem, quid de-  
 beat sperare, credere, agere. Bellarm. lib. 4. de V. D. c. 11.  
 Dico omnia illa scripta esse ab Apostolis, quæ sunt o-  
 mnibus necessaria, & quæ ipsi palàm omnibus prædica-  
 verunt. Idem lib. 3. de justif. c. 8. Non potest aliquid certum  
 esse, certitudine fidei, nisi aut immediatè contineatur in  
 verbo Dei, aut ex verbo Dei per bonam consequentiam  
 deducatur. Fides enim non est nisi verbi divini aucto-  
 ritate. Idem lib. 6. de amiss. grat. c. 3. Non est de rebus, quæ  
 pendent in divina voluntate aliquid asserendum, nisi  
 Deus in Scripturis tale aliquid revelaverit.

62. Ex hisce & similibus ipsorum Pontificiorum testimoniis  
 ita colligimus 1. Si non credendum, nisi quod ex scripturis V. &  
 N. T. haberi possit, 2. Si omnia necessaria ab Apostolis scripta,

3. Si

3. Si nihil certum esse possit, nisi aut inmediate contineatur in  
verbo Dei, aut per bonam consequentiam exinde deducatur, 4.  
Si omnia fundamenta necessaria ad salutem tam in fide, quam in  
opere, posita sunt in Scripturis: Sequitur Sacram S. esse perfe-  
ctam & unicam credendorum regulam, Atqui talis est testimonio  
ipsorum Pontificiorum Scriptura, E. perfecta erit necesse est, nec  
imperfectiois ullo modo argui potest: Et per consequens Tradi-  
tiones Pontificia nulla, imo impia, absurda.

63. Qui plura testimonia adversariorum scire desiderat, a-  
deat Dn. D. Gerhard. Exeg. S. 378. ejusd. Bellarm. Ophodog.  
rest. Diss. 2. Q. 33. seqq. Dn. D. Himmel Anti Becan. disp. 3. Q.  
13. Nos ad avastovv progredimur.

### III. ΑΝΑΣΚΕΥΗ.

64. Atq; ita nostram sententiam ανασκευαστων, contra  
Traditionarios defendimus; nunc porro videndum, quomodo  
Pontificij ανασκευαστων Scripturam Sacram imperfectiois  
arguunt.

65. Ut autem & hic eo felicius contra Pontificios res cedat,  
& eo citius quod volumus obrineamus, in principio quadam de  
Traditionibus Pontificiorum praeponenda, & post modum illorum  
argumenta examinanda.

66. 1. Conveniunt in hoc omnes Pontificii, quod verbo DEI  
Scripto σεινεγχαφω, verbum αυεαφω seu non scriptum adjun-  
gant; sed non omnes uno id faciunt modo. Andradius disput.  
1. ex lib. 2. defens. fidei Trid. ita Traditiones inculcat, ut do-  
ctrinam fidei tamen ex Scriptura potissimum, & imprimis peten-  
dam esse statuat. Contrarium Canus & Bellarminus sentiunt,  
docentes, verbum Dei praecipue & totum fere traditione tantum  
contineri, nec finem proprium & praecipuum Scripturae S. esse, ut  
sit regula fidei, sed commonitorium tantum, de doctrina per tradi-  
tionem cognita. Dn. D. Horn, tractat. de sac. Scr. p. 282.

67. Desideramus hic Pontificiorum consensum, maxime enim illi sibi invicem sunt contrarij, quem errorem ut prius emendent, si nobiscum in arenam descendere cupiunt, necessum est.

68. 2. Traditiones alij aliter dispeſcunt, uti videre est apud Lindanum lib. 4. Panoplie. c. 100. & Bellarm. lib. 4. de V. D. cap. 9. Nos duum generum eas facimus, alias Divinas, alias Humanas.

69. Divinas eas dicimus, quæ ad religionem fidei & dogmatum pertinent: & illæ vel sunt Doctrinales, ut Legis & Evangelij; vel Cereemoniales, ut Baptismi & Cœnæ Domini. Sic & Paulus articulum resurrectionis Christi & Cœnæ Domini & d. doni appellat, quomodo & B. Augustinus ad Apostolorum traditionem Baptismum parvulorum refert. Et hæ traditiones possunt & debent retineri.

70. Humanæ Traditiones sunt, quæ expresso Dei verbo præscriptæ non sunt, sed ab hominibus inventæ, & in Ecclesiam introductæ. Et illæ, si verbo Dei sunt consentientes, nec contra analogiam fidei, ita ut nihil fiat inordinate & tumultuarie, sed piè, ordine, & decenter, tanquam in conspectu Dei & Angelorum administrantur, ac ordo & decorum juxta admonitionem Pauli servetur, *ταῦτα εὐχησόμενος ἵνα καὶ ταῖς παραδόξαις* 1. Cor. 14. 40. retineri possunt. Si verò istæ Traditiones verbo Dei sunt repugnantes, & à Christo nos abducunt, inq̃ hunc finem sancitæ, ut vel modum colendi Deum præscribant, vel de rebus necessarijs præcipiant, quamvis ex verbo Dei probari non possunt, reiiciende & cane & angue pejus fugiende sunt.

71. Et tales sunt omnes Pontificiorum Traditiones, quas nobis obrudere volunt, imò verbo Dei, è diametro sunt contrariæ.

72. 3. Vox & d. d. in Scriptura S. non uno semper accipitur modo: aut enim accipitur pro eo, quod ab hominibus immediate vocatis & divinitus inspiratis traditum est, sive viva voce, sive scripto 2. Thess. 2. 15. vel pro verbo literis comprehenso 1. Cor.

Cor. 15. 3. vel pro literis scripto expressis Act. 6. 14. vel pro eo, quod tantum viva voce traditum, & sic pro doctrinâ Luc. 1. 2. sumitur. In tantâ hâc varietate benè perspicendum est, quomodo Sp. S. vocem illam velit intellectam, ne ad suas inanes Traditiones Traditionarij vocem illam detorquere possint.

73. 4. Quid Pontificij per Traditiones non scriptas, quas pari pietatis affectu & reverentiâ suscipiendas & venerandas esse cum Scripturis sacris, Concil. Trident. Sess. 4. Decret. de Canon. Script. clamat, intelligant, ex illorum Scriptis nemini non potest esse non obvium. Ita enim Tannerus in Colloq. Ratisf. Sess. II. pag. 325. mentem eorum explicat. Per Traditiones non scriptas intelligimus ejusmodi quædam præcepta seu constituta ad fidem seu religionem spectantia, quæ exclusa infallibili autoritate Ecclesiæ, in Scriptura, nec apertè exprimuntur, nec ex eâ evidentè deducuntur.

74. Ex quibus facile patescit, omnia illa dogmata, fidem & mores concernentia, & ad salutem æternam consequendam præcisè necessaria, in Scripturis S. autem non expressè & r̄e tradita, secundum Pontificiorum sententiam aliundè quam ex ipsâ Sacra S. petenda esse; Proindeq; ex eorundem placitis, Scripturam S. perfectam non esse.

75. Hisce præmissis, paucis (1.) Dogmata falsa Pontificiorum, quæ ipsorum judicio ad salutem sunt necessaria, nec tamen in Scripturis tradita enumerabimus; (2.) Dicta illa Scripturæ, quæ pro stabiliendâ suâ sententiâ adducere solent, examinabimus.

76. Dogmata ad salutem ipsorum judicio necessaria, quæ tamen ex Scripturis probari minime possunt, varia recensent; nec ea faciunt unius generis, sed alia dicunt esse, Universalia, alia Particularia, monente Dn. D. Brochman, tract. de V. D. p. 354. ex Gordono Jesuita. Nos aliqua saltem seligemus, ex quorum solutione de reliquis potest ferri judicium. 77. Ita



77. Ita autem illi arguunt: Si Scripturæ sacræ omnia credenda sufficienter continerent, nullus utiq; articulus fidei esset, qui non ex iisdem posset probari: Sed multi dantur articuli fidei (ex hypothesi Pontificiorum) quorum in Scriptura S. mentio nulla fit, E. Scriptura S. non continet omnia credenda sufficienter, E. est imperfecta.

78. Minorem probant inductione aliquot exemplorum, quæ in Scriptura non extant. Talia sunt: 1. Autoritas librorum Canoniorum, qui & quot sint libri Canonici, 2. remedium puerorum ante octavum diem mortuorum, 3. remedium femellarum, contra peccatum Originis, 4. Salus gentium, 5. Perpetua Mariæ virginitas, 6. translatio sabbati in diem Dominicam, 7. Pædobaptismus, & alia plura, quæ recensere hic supersedebo.

79. Sed R. si dogmata illa, quæ Pontificij pro dogmatibus fidei habent, sunt verbo Dei consentanea, maxime illa ex Scripturis probari possunt: Sin verbo Dei contraria, illa ut non necessaria non admittimus, nec pro fidei dogmatibus habenda esse censemus.

80. Sic nihil facit ad fidei justitiam, scire numerum librorum Bibliorum, siue eorundem ordinem: satis est sincerè credere, quæ de Christo Redemptore Scriptura proponit. Et hoc tantum Scriptura urget, ut baptizemur Math. 28. 19. Joh. 3. 5. 6. Gal. 3. 27. & credamus in unigenitum Filium Dei Joh. 3. 16. seqq. Canonicam autem librorum Sacrorum auctoritatem, vereq; constare aliquos libros esse divinos & Canonicos, sufficienter ex ipsâ Scripturâ S. probare possumus. Nonne legimus Scripturam totam esse Θεόπνευστον 2. Tim. 3. 16? Nonne Petrus testis est, 2. Petr. 1. 21. Sanctos DEI homines Sp. S. inspiratos locutos esse? Nonne identidem Prophetæ repetunt: Hæc dicit Dominus: Factum est verbum Domini ad me: Audite verbum Domini? Hinc Zacharias Luc. 1. 68. 70. Benedictus Dominus Israel,

Israël, sicut locutus est per os Sanctorum, qui à seculo sunt, Prophetarum suorum. Conf. Luc. 24. 44. c. 16. 29. 2. Petr. 3. 16. Manet itaq; certum, extare in ipsa Scriptura S. tanquam partes ejus narratas & genuinas, libros Canonicos, accuratissime notatos, cum singulos, cum universos. Qui autem negarit Mosis, Prophetarum & reliquos libros V. T. non esse divinos, ille totam tollet Scripturam V. T.

81. Non autem est absolute & simpliciter ad salutem necessarium, ut credam hoc ipsum Evangelium, quod nomine Marci scriptum legimus, esse illius & non alterius. Necessarium quidem est ut credam, esse θεομνηστον, qui autem dubitat, num sit à Marco scriptum, non statim excidit à salute, nec pro heretico habendus est. Reprehensione dignus est, sed tamen non statim à salute excludendus. Non enim ab hominibus scriptura autoritatem accipit, sed ab ipso Sp. S. Proin fides illa non est fides justificans & salvifica, sed historica, quã multi caruerunt, & carere possunt sine dispendio salutis, dicente Dn. D. Mentz. disp. 2. contr. Pistor. p. 63.

82. Ad remedium puerorum ante octavum diem mortuorum dico ex Augustino: Non privationem, sed contemptum damnare. Salus enim nostra, non à Sacramentis, ceu ex opere operato, sed à Sacramenti Auctore Christo ejusq; satis factione & merito dependet. Quemadmodum igitur non omnes Sacramentorum participes salvantur, ita nec omnes Sacramentis destituti damnantur. Ut Sacramentum ex opere operato non confert ad salutem, sic nec Sacramenti privatio salutem aufert. Unde multi ante ultimum Sacramentum à Deo institutum servati, multi etiam postea Sacramento usi perierunt, eò quod meritum Messie sibi per fidem non applicaverunt. Nec possunt Pontificij ex promptuario suarum Traditionum ullum remedium monstrare, quo aëlias salvari pueri ante octavum diem denati. Sin possunt, profe-

ferant, illud; sin nimis, quid ergò Scribeuram, accusant imperfectionis?

83. De remedio pro salvandis fœmellis contra peccatum Originis, falsum est, quod proferunt Papicola. Uti enim salus puerorum non à Sacramentis ceu opere operato dependebat, sed à Christi merito & satisfactione; ita quoq; fœmellarum salus inde dependet. Promissio enim Messie & remissio peccatorum communis erat, facta fœmellis ac Masculis Gen. 17. 7. Gal. 3. 23. 1. Job. 2. 2. Proinde Lombardus lib. 4. distinct. 1. rectè ait: Eandem vim in fœminis habuisse fidem ac piam operationem, quam habuit circumcisio in viris, atq; ita justificatas fuisse, licet Sacramento caruerint. Vel. Licet ad fœmellas non pertinuerit circumcisionis actus, spectavit tamen ad easdem circumcisionis effectus seu fructus Gen. 17. 7. 8. que promissio facta dicitur non in specie solis masculis, sed in genere omnibus liberis Act. 2. 39.

84. De gentium salute idem est iudicium. Scriptura enim testatur, absq; fide in Christum Mediatorem, nemini contringere remissionem peccatorum, & salutem eternam. & in illum credentes omnes salvari Job. 3. 16. ita ut nec gentes in Christum credentes excludi possint, Rom. 15. 9. & seqq. Adde & 1. Reg. 8. 41. 43. & 60. Quid? quod Gen. 15. 6. extret, Abrahæ fuisse imputatam fidem ad justitiam. Quæ imputatio fidei facta est, non cum esset in circumcissione, sed cum esset in præputio. Vid. Wittak. l. c. p. 872.

85. An Maria à partu virgo esse desierit, nec ne, nec anxie teste Basilio est inquirendum, neq; ad fidei Christianæ mysterium ita pertinet. Nobis ad fidem sufficit, quod Mater Messie virgo sit & appelletur teste Scripturâ Esa 7. 14. Ecce *הַעַלְמָה* virgo concipiet Luc. 120. 34. Matth. 1. 25. Ex quibus dictis clarum est, Mariam concepisse & peperisse virginem. Natum esse Deum per genitalia virginis credimus, quia legimus: Mariam post

post partum cum Josepho concubuisse non credimus, quia non legimus, dicente Hieronymo cōtra Helvidium. Bene et accuratè proinde distinguendum: Aliud enim est querere, an Maria Servatorem Jesum illæ & virginitate peperit, quod Scriptura locis citatis affirmat; aliud an Maria in nullius mariti thorum postmodum consenserit, quod Scriptura nusquam tradit, nec proinde pro necessario fidei articulo habendum.

86. Translatio Sabbathi in diem Dominicam non est articulus fidei. Ita enim Paulus Col. 2. 16. ait: Nemo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte festi, aut novilunii, aut Sabbathorum. Conf. Rom. 14. 6. Gal. 4. 10. Ejus ratio tamen peritur ex scripturâ, videlicet ex resurrectione Christi die Dominicâ factâ, & ex appellatione diei Dominica, Apoc. 1. 10. & primi diei hebdomadis, quo ad sacra peragenda conveniebant, 1. Cor. 16. 2.

87. Pædobaptismum dum negant Pontificii ex Scr. posse probari, crimen falsi committunt. Sufficientissimè ille ex loco Job. 3. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & spiritu, non potest ingredi in regnum cœlorum, Matth. 28. 19. probatur Et notum est ex Actis Apostol. & Epist. Paulinis, sæpe integras familias fuisse baptizatas, in quibus procul dubio infantes quoque fuere, Actor. 16. 1. Cor. 1. Unde etiam ex adversariis ipsis Cornelius Jansenius dogma illud ex Job. 3. 5. demonstrat, comm. in concordiam suam c. 20. Advertendum, inquit, Salvatorem, dum dicit: Nisi quis renatus &c. necessitatem imponere omnibus, ac proinde etiã parvulos debere renasci ex aquâ & spiritu; nam eos posse intrare in regnum cœlorum, nemo facile negaverit, cum talium dicat Christus, esse regnum cœlorum.

88. Reliqua dogmata, quæ pro imperfectione Scripturæ sacræ, à Pontificiis solent adduci, eadem quoque facilitate ac hæc refutantur. Superest, ut paucis dicta examinemus Scripturæ, quibus Traditiones suas stabilire solent adversarii. Ubi unquam enim saltem Traditionis mentio in Scripturis injicitur, semper Pontificii ex illis fu-

riles suas Traditiones probare allaborant. Aliqua saltem adduceamus, ex quibus de reliquis quoque iudicare licet.

89. In acie collocant dicta Joh. 16. 12. Πολλά ἔχω λέγειν ὑμῖν, & 8. 21. v. ult. ἔτι δε ἄλλα πολλά ὅσα ἐπισησεν ὁ ἰησοῦς, &c. Hinc ita inferunt: Christus ipse fatetur, multa se habere, quæ tum Apostoli portare non poterant. E. multa ad salutem scitu necessaria nō sunt scripta; Et consequenter, Traditiones non scriptæ sunt necessariae.

90. R. (1.) Ex August. tr. 96. in Johannem. Quænam illa sint, quæ ipse non dixit, temerarium est, velle præsumere & dicere Et antea ferè in principio: Quis nostrum audeat eorum se dicere jam capax, quæ illi capere non valebāt, ac per hoc nec à me expectanda sunt, ut dicantur (2.) Illa πολλά de quibus loquitur Christus, non fuere alia, quàm quæ prius ad salutem necessaria docuerat Apostolus. Quod etiam ipse Lucas fatetur Act. 11. dum ait, se de omnibus scripsisse, ἵνα ἡρεσῶ ὁ ἰησοῦς μὲν ἔδιδάσκον. Et hæc repetenda erant postea, & explicanda, quia tum ea Apostoli minus intelligebant, quod essent: (1.) tristitia pleni, Joh. 16, 6. (2.) quia error præoccupatus de regno mundano, animos eorum obsederat, Luc. 24, 21. Act. 15, 6. (3.) quia extraordinariis Spir. S. donis nondum erant illuminati; quamobrem etiam Christus Joh. 14, 26. promisit Spir. sanctum, qui illis in mentem revocaturus esset omnia, & quidem planè eadem, quæ ipse prius dixerat illis, διδάξῃ πάντα καὶ ὑπομνήσῃ ὑμῖν ὅσα ἐλάλησα ὑμῖν. Nec Christus post resurrectionem, nec Spiritus S. post Christi ascensionem, nova & Apostolis prius inaudita dogmata, ad salutem scitu necessaria proposuit, uti patet ex Joh. 15, 15. ubi Christus ipse ait: Non amplius dico vos servos, quia servus nescit, quid faciat Dominus eius: Vos autem dixi amicos, ὅτι πάντες ἀγαπᾶτε τὸν πατέρα ὃς ἐγὼ πατρὸς με ἐγνώσασα ὑμῖν.

91. Et ita locum hunc Joh. 16. 12. intelligendum esse, Jansenius scriptor Pontificius fatetur in explicatione horum verborum. Similiter locum hunc interpretantur Patres. Ita Augustinus tract.

98. in Joh. ait: Cum multa fecisset Dominus Jesus, non omnia scripta sunt (sicut idem S. Johannes Evangelista testatur, multa Dominum Christum & dixisse & fecisse, quæ scripta non sunt) electa sunt autem, quæ scriberentur, quæ saluti credentium sufficere videbantur. Idem de consensu Evangelist. l. 1. c. ult. Quicquid Christus de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum Apostolis, tanquam suis manibus imperavit. Eadem est sententia Cyrilli lib. 12. in Joh. c. ult.

92. Alter locus ab Adversariis citatus ex Joh. 21, 25. planè à questione est alienus; & potius contra illos, quàm pro illis facit, si textus coherentia rectè observetur. Certum enim est, Johannem ibidem locorum non agere de doctrinâ Christi, sed de ejus factis, i. e. signis & miraculis. (dicit enim, quæ fecit Christus,  $\delta\omicron\upsilon\tau\alpha$   $\epsilon\pi\iota$   $\tau\omicron\upsilon\tau\omega\upsilon$ , non  $\delta\omicron\upsilon\tau\alpha$   $\epsilon\pi\iota$   $\tau\omicron\upsilon\tau\omega\upsilon$ , quæ dixit). Illa licet sigillarim  $\tau\epsilon$   $\mu\epsilon$   $\rho$   $\theta$  &  $\kappa\alpha$   $\theta$   $\epsilon$   $\nu$  in scripturis non exteat, in illis tamen  $\tau\epsilon$   $\mu\epsilon$   $\rho$   $\theta$  habentur; & quæ non sunt annotata, ejusdem fuere generis cum iis, quæ scripta extant, ac duntaxat uberior quædam declaratio & confirmatio eorum fuerunt. Omnia enim Christi miracula unum & eundem scopum habuerunt. Omnis verò Christi doctrina, quantum ad salutem nobis necessaria, literis est consignata, Joh. 20. 30.

93. Nec quicquam ipsos jurat, quod Lucas Act. 1, 3. ait; Christum post resurrectionem suam per 40 dies cum discipulis suis conversatum esse, & multa illis dixisse, multaq; docuisse de regno cælorum. Quæ enim & qualia illa fuerint, de quibus egit cum discipulis 40 dierum spatio, evidentè satis docet sacra pagina Matth. 28. Marc. 16. Joh. 20, 21. Luc. 24. Act. 1. Non continua fuit illa conversatio verum per intervalla tantum repetita, ut Oecumenius, citante Dn. Horn. l. 1. c. p. 357. docet: Per dies quadraginta, non in diebus, inquit; non enim assiduâ cum ipsis consuetudine utebatur, quemadmodum ante passionem, sed intermissâ, partim ut majus ipsis desiderium præsentia suæ ex-

citaret, partim ut sublimiorem divinioremque naturam suam ostenderet Sic & Cornelius à Lapide ait: Non continue, sed per vices & interpolatè.

94. Nec parrocinium suarum Traditionum ex loco Paulino 2. Thess. 2, 15. (Κελεύεται τὰς ἀρχαίς, tenere traditiones) Pontificiū querere, nec quicquam exinde contra causam nostram defensionem colligere possunt. Apostolo enim 1. sermo ibidem est de traditionibus generaliter acceptis, quæ omnem doctrinam quocumque modo traditam, sive sermone, sive scripto, continent. 2. Vocula illa εἰς sive, quæ Apostolus utitur, non semper disjunctionis, sed etiam aliquando conjunctionis vim habet, ut 1. Cor. 13, 8, 1. Cor. 15, 11. 3. Confundunt Pontificii rem cum rei modo. Non enim aliud Apostolus vivam voce, aliud scriptione seu epistolâ se tradidisse sive docuisse, innuit, sed eandem traditionem sive doctrinam, jam voce jam epistolâ proposuisse, claris testatur verbis 2. Cor. 10, 11. c. 13, 2. Confer 1. Joh. 13, 3, 4.

95. Alia dista 1. Cor. 11, 2, 23, 24. 1. Timoth. 6, 20. 2. Tim. 1, 14. 2. Tim. 2, 2. 2. Joh. v. 12. 3. Joh. v. 13. & plura alia, quæ pro sua sententiâ Pontificii adducere solent, eadem quoque facilitate rejiciuntur, quæ afferuntur, uti id in ipso disputationis actu, si necessitas postulârit, ovis Oseum sumus demonstraturi.

96. His itaque positis, firmo stat talo nostra Fides, Scripturam sacram esse perfectam, omniaque continere, quæ ad salutem sunt sciri necessaria, nec opus habere nos Traditionibus Pontificiorum.

97. Non ergo & nos afferamus stateras dolosas, ubi appendamus, quod volumus, & quomodo volumus, pro arbitrio nostro dicentes, hoc grave, hoc leve est; sed afferamus divinam stateram de Scripturis sanctis tanquam de thesauris Dominicis, & in illa, quid sit gravius appendamus; imò non appendamus, sed à Domino appensa recognoscamus, dicente Augustino de Baptif. cont. Donatist. lib. 2. cap. 6.

Μέγα Θεῶν δόξαν.







98. in Joh. ait: Cum multa fecisset Dominus Je-  
mnia scripta sunt (sicut idem S. Johannes B  
testatur, multa Dominum Christum & dixisse  
quæ scripta non sunt) electa sunt autē, quæ scr  
quæ saluti credentium sufficere videbantur. *in*  
*sensu Evangelist. l. 1. c. ult.* Quicquid Christus de  
& dictis nos legere voluit, hoc scribendum  
tanquam suis manibus imperavit. *Eadem est* *se*  
*rilli lib. 12. in Joh. c. ult.*

92. Alter locus ab Adversariis citatus ex Joh. 21  
quæstione est alienus; & potius contra illos, quàm pro  
textus coherentia rectè observetur. Certum enim est  
ibidem locorum non agere de doctrinâ Christi, sed de ej  
signis & miraculis, (dicit enim, quæ fecit Christus, & e  
dicitur, quæ dixit). Illa licet sigillarim & *meq* e  
scripturis non extant, in illis tamen & *sp* habent  
non sunt annotata, ejusdem fuere generis cum iis, quæ  
tant, ac duntaxat uberior quædam declaratio & cons  
rum fuerunt. Omnia enim Christi miracula unum &  
pum habuerunt. Omnis verò Christi doctrina, quanta  
nobis necessaria, literis est consignata, Joh. 20. 30.

93. Nec quicquam ipsos jurat, quod Lucas Act. 1.  
sum post resurrectionem suam per 40 dies cum disci  
versatum esse, & multa illis dixisse, multaq; docuisse  
lorum. Quæ enim & qualia illa fuerint, de quibus egit  
lis 40 dierum spatio, evidenter satis docet sacra pagina  
Marc. 16, Joh. 20, 21, Luc. 24, Act. 1. Non continua fuit  
tio verum per intervalla tantum repetita, ut Oecume  
Dn. Horn. l. 1. c. p. 355. docet: Per dies quadragi  
diebus, inquit; non enim assiduâ cum ipsis con  
utebatur, quemadmodum ante passionem, se  
sâ, partim ut majus ipsis desiderium præsentit

D 2

